e-codices

cad&· ut tamquam in unam uelut corporiſ formā·
patrem·&filium·&ſpiritum ſcm̄ uideatur effinge
re·&diſtinctioneſ quaſdam figurare membrorū·
Sed accipiunt ut ſepiuſ dixi· n̄ inequalitatem·
ſed unitatem poteſtatiſ hac teſtificatione ſignari·
quandoquidem que opera dī ſunt· eadem ſint
opera manuum· eadem &iam legerimuſ opera
ēē digitorum; Scriptum eſt enim· Celi enarrant
gloriam dī· &opera manuum eiuſ adnuntiat
firmamentum· Et alibi· Initio terram tu fundaſti
dn̄e· &opera manuum tuarum ſunt celi· Eadem
igitur ſunt opera manuum· que ſunt opera dī·
Non ergo aliqua pro membrorum corporalium
qualitate· diſcretio operationiſ· ſed unitaſ poteſ
tatiſ eſt; Que autem opera ſunt manuum· eadē
opera digitorum· quia eque ſcriptum eſt· Quō
uidebo celoſ opera digitorum tuorum· lunam &
ſtellaſ quaſ tu fundaſti· Quid hic igitur digiti
minuſ· quam manuſ feciſſe produntur· Cum idem
fecerunt digiti· quod manuſ· Sicut ſcriptum ē·
Quō delectaſti mē in factura tua· &in operibꝰ

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. p.%20158 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/csg/0102/p.%20158)